



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

VI. De feriis per infideles colendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

clesia cathedrali ciuitatis vel dicēcesis vbi moram
trahunt, se ad commorandum inter Christianos re-
ducere non curauerint, ad id per censuram eccle-
siasticam compellantur. Iudæis vero & Saracenis,
si infra dictum terminum duorum mensium vbi li-
mitatio est facta, vel postquam dictæ limitationes
de ordinatione & voluntate domini regis, vel cu-
iuscumque alterius domini ecclesiastici vel tempo-
ralis ciuitatis vel loci factæ fuerint, se ad easdem
reducere noluerint vel neglexerint, Christianorum
communio subtrahatur.

R V B R I C A VI.

Cedit in opprobrium religionis Christianæ,
quod Iudæi & Saraceni inter Christicolas habi-
tantes, diebus dominicis & festiuis mercimonia
vendere, & artificia ac mechanica opera exercere
publice non verentur. Cum autem hoc in diuinæ
maiestatis offensam non sit a Christi fidelibus ali-
quatenus tolerandum, ipsis Iudæis & Saracenis, ne
mercimonia vendere, aut qualitercumque artificia,
seu opera mechanica exercere præsumant diebus
dominicis & festiuis, qui per Christianos colun-
tur, distictius inhibemus, & ad id compelli per
locorum ordinarios ac iudices sacerdtales, sub quo-
rum iurisdictione Iudæi & Saraceni viuere digno-
scuntur, per subtractionem communionis fidelium,
& alias poenas temporales, auctoritate qua fungi-
mur, præcipimus & mandamus. Quod si sacerdtales
iudices negligentes fuerint in præmissis, ad hoc
per censuram ecclesiasticam compellantur.